



Y, 18.

41567.

9.6

**DISSIMILITUDINE VIRVM MENTIS HUMANA MODVM EMENDANDI HOMINES IMMVTANTE**

**DISSERTATIO**

QVA

**VIRO MAGNIFICO**

SVMME VENERABILI, EXCELLENTISSIMO  
AMPLISSIMO, DOCTISSIMO

**D. CAROLO CHRISTIANO  
TITTMANNO**

NOVUM MVNVS

IN SVPREMO, QVOD SACRORVM CVRAM GERIT, COLLEGIO ASSESSORIS ET SUPERINTENDENTIS DIOCESEOS DRESDENSIS ET CETER.

CAPFESSENTI GRATVLANTVR

MEMBRA SOCIETATIS ORDINARIA

QVAE

SVB EIVS AVSPICIIIS SERMONIBVS PRO CONCIONE  
HABENDIS AD AEDEM B. M. DIE QVOQVE SEXTO  
HEBDOMADIS OPERAM DABAT

INTERPRETE

M. IO. FRIDERICO GUILIELMO TISCHER  
DAVTSCHENST

VITEBERGAE,  
TYPIS IO. TZSCHIEDRICHI.

6.

DISSEMINATIONE

HOMINIS IMMUTANTE  
TS HUMANAE MODUS ELEMENATI

DISTRIBUTIO

DAY

AIRIO MAGNITICO

SUMME AENERALI EXCELENTEISSIMO  
AMPLESSIMO DOCTRINAM

DE CARLO CHRISTIANO  
TITTMANNO

NOVUM MANKA

IN SATRIO. QDQD. SPECTACULUM CAVU. DEET. CO.  
TERRA. AER. VAPOR. ET. VENTUS. ET. DICE.

CETERA. INSTRUMENTA. ET. MATERIA. ET. ALIA. ET. TERRA.

CARMINES. GRAMMATICA. ET. ALIA. ET. TERRA.

MISERICORDIA. SOCIETATIS. OBIDINTIA.

ET. ALIA. ET. TERRA. ET. MATERIA. ET. TERRA. ET. TERRA.

ET. ALIA. ET. TERRA. ET. MATERIA. ET. TERRA. ET. TERRA.

W. IO. LIPPERG. O. ALTM. DISCHER

ALTELLA

ALTELLA. ET. ALIA. ET. TERRA.

VIR MAGNIFICE  
SYMME VENERABILIS AMPLISSIME,  
DOCTISSIME

PATRONE OPTIME

**E**t si a consilio TIBI noui muneri solennitatem congratulandi timor nos auocare videbatur, ne, cum renouemus morem antiquum illum quidem, sed honestum, adsentatorum pietatemque mentientium notam subiremus; eum tamen mox euauisse sensimus, cum cogitaremus, nos eo minus huius criminis iniudia esse laboraturos, quo magis, quot quantaque TIBI debeamus, omnes intelligent. Enim vero ab eo inde tempore, quo animum in literarum in primis sacrarum studia appulimus, non solum nos ad omnis elegantioris doctrinæ genus formasti, sed etiam, quod est maximum, et quod palam profiteri gesit animus, cum TIBI de virtutis religionisque præstantia præcipiente assideremus, tanquam in nobis excitasti pietatis amorem litterarumque sacrarum studium, ut, plusne doctrinam TVAM copiosam et exquisitam admiraremur, an animum TVVM placidum pium, sensuque religionis imbutum magis diligeremus, ipsi essemus dubii. Talem igitur cum sentiamus habuisse doctorem, qualiter reminisci dulce sit, quali carere sup-

placitum, sedulitate votisque p[ro] T[er]e T[er]aque salute  
faciendis nobis satisfacimus: re quidem ipsa ideo nobis  
nunquam satisfacere poterimus, quod, quae ad Te per-  
tinent, cum etiam plus contenderimus, quam possumus,  
minus tamen faciemus, quam pro T[er]is in nos beneficis  
debemus. Quemadmodum vero nos omnes (et ego quo-  
que, cui et hoc scribendi munus et tam felici esse conti-  
git, ut mihi T[er]ecum arctissima intercederet necessitudo;  
cuique nihil magis curae est, quam ut Te a me impense  
amaris) sanctissime pollicemur, TE qui magis dili-  
gant veneranturque, nullos habiturum, sic humanissime  
rogamus, ut et absens quoque tantum nobis exhibeas  
faurem, quanto hucusque in nos fuisse, saepius ipsi  
cognouimus.

## NOMINI TVO MAGNIFICO

### ADDICTISSIMI CVLTORES

- M. Ang. Fried. Michaelis, Eibentockio-Misnicius, R. M. C.  
e Societatis Senior.  
M. Dav. Gottl. Wolf, Schneebergensis, R. M. C.  
M. Ernst Ang. Foerster, qui nunc apud Dabrunenses facie-  
re administrat.  
Trag. Boni Decker, Gelenauensis.  
Aug. Thoed. Langke, Torgauensis, R. M. C.  
Joh. Chr. Kummer, Greifendorfensis.  
M. Joh. Aug. Goerenz, Lauenthalensis, R. M. C.  
Car. Henr. Chrlf. Thalwitzer, Misnicius, R. M. C.  
Car. Fried. Junghaenel, Wildenfelsensis.  
M. Joh. Fried. Guil. Fischer, Dauschenensis.  
M. Erdin. Fried. Goebel, Laubanensis.  
M. Chrlf. Gottf. Kaifer, Herzbergensis.

...miseris si non solum auctoritate multa non se admodum liberi et conser-  
vandi, sed etiam deinde etiam munera et opus amissi sit, ut  
sq; nullius in rebus et resiliens singulariter etiam non sit. hi postulat  
etiam amissa etiam munera etiam non sit, utrumque illi, amissio etiam  
etiam non sit, etiam munera etiam non sit, utrumque illi, amissio etiam

**I**nter tot tantasque criminationes, quibus omni tempore in eccl-  
esiae ministros publicos aut ii inuicibantur, qui odio quedam ac  
inuidia in eos flagrabant, aut, qui iusti possunt et intelligentes  
harum rerum haberi existimatores, ea non admodum iniqua fuisse  
viderur, que eos negligentiae in indaganda serutandaque hominum  
natura, ingenio ac indele accusabat. An vero est quisquam, qui  
nesciar, quantum detrimenti haec criminatione ipsi religionis attulerit,  
quantaq; infamia hoc ipsum munus religionis palam propagandae  
et docendae adspiceret? Quod guidem hanc vim habuit, ut multi,  
indignantes illam, exinde necessario ortam, peruersem docendi me-  
thodum, ad ipsi religionis christianae fundamente labefactanda et  
euentura abriperentur. Neque vero est dubium, quin saepissime  
ipsi religionis doctores his criminationibus locum dederint. Fuerunt  
enim haud raro, qui, cum munus publice docendi suscepissent, ap-  
prenserint quidem velut tabernaculum medicina multis remedis instruuntam,  
sed, vbi et quomodo ea fini adhibenda, nec ipsi scirent, nec maximopere  
eucarent. Neque hoc mirum, cum multis nihil videatur facilis,  
quam locum quandam de virtute et virtutis tractare; pater vero, quam  
neceſſe sit, ad eam rem ingenium litteris et imprimitis historiae studio  
exaltum et perpetua humanae naturae contemplationis subiectum ad-  
ferre, intelligant. Inde fit, ut admixtula virtutis commendent, quae  
vel plerumque sunt ex ipso virtutum genere, quibusque adeo nemo  
vit poterit, nisi qua iam ad virtutem facta est progressio a); vel quae  
neque ingenii hominum longe diversissimis neque temporibus sunt  
accommodata. Atque in quo reliquarum artium magistri non parum

A 3  
mit mensurulosa curae  
a) Conquestus iam de ea re est REINHARD, praeceptor meus denuncian-  
dus in libello egregio: de vi, qua res parvae adiungit animum, in do-  
ctrina de moribus diligenter obliteranda. Parte prima.

cursae ac studii ponunt, ut non solum praecepta generalia commendent, sed etiam, quo potissimum modo cuique sint agenda, demonstrent; id, qui virtutis et religionis magistros se profiterentur, saepe neglexerunt. Id quod, dici non posset, quantum noxae afferat virtutis studio. Res enim ipsa loquitur, inutilem et vanam esse omnem ad virtutem coherationem, quae non hominum varia genera respiciat nead eis descendat, quae plerumque hominum animadversio scisa subducunt. Haerent enim, quibus haec vniuersalis medicina adseritur, et frustra, cum ad rem ipsam ventum est, laborant in virtutis deppellendis secundaque virute. Quid vero? Virtutem tanquam rem a suo ingenio et natura alienam et vel maxime abhorrentem respuerunt, sibique non datum existimabunt. Atque doctores, vbi in praeceptis generalibus acquiescent, nec ad vitam ipsam, ad locorum, aetatis, temporum, conditionis diversitatem se demittunt, ad circumforanorum et unguentiariorum similitudinem accedere videntur, qui omnes iisdem vii iubent, sive fiat fusi, sive aegri; sive hoc, sive illo morbo laborent. Ut enim non omnes homines unam candemque vestem induere, unum cundemque cibum concoquere possunt; sic quoque animi humani a virtutis auocandi er ad pietatem honestatemque stetendi non cadent effatio. Est enim suum cuique ingenium et indoles, qua veluti ansa arripi et teneri posci. Quae vero vbi negliguntur, virtutis studia restinguuntur et virtutum semina tam alias agunt radices ac praeter opinionem ita adolescent, ut in iis exsirpandis saepe frustra laborer diligentia. Falluntur igitur vehementer, qui, cum praeceptis morum rectiusque se imbueros videant, nihil amplius in hac re cognitorum necessarium sibi putant. Nam compendia illa, in quibus officiorum ratio traditur, nihil sere praeter praecepta generalia continent, et, dum hominem vniuersi spectulum considerant, nihil habent, quod adhaerescat in audiencem animis eosque ita moveat, ut se tangi, sibi omnia dici, sua vita, suos motus, suam agendi confuerudinem carpi, intelligent. Nec tamen iis hoc virtus vertendum est, cum veteris progreedi nec possint, nec debent. Ea vero quomodo ad singulos homines transfenda et accommodanda sint,

sint, iis relinquere coguntur, quibus homines publice et priuatione  
docendi et instruendi copia sit.  
**Quod ipsum cum sit eiusmodi,** ut vel propterea non iuris sit  
de eo accuratus disputare, eo lubentius tamen hunc locum possi-  
mum per purgandum sumimus, quod, nostrae societate nostrisque  
studiis quid esset magis accommodatum, equidem reperiebam nihil.  
Liber enim de dissimilitudine virium mentis humanae modum emendandi  
homines inveniunt ante, paucis discere. Huius quidem loci, quanquam  
bene intelligo, tuis impediunt et difficultem esse rationem; tamen,  
si in quibusdam lapi sumus nec omnia plene et omnibus partibus  
explora et perfecta, aut spatiis angustiis praeclusi, aut ingenii ruitate  
impediti atruiimus, eo magis letores humanissimos nobis condonatu-  
ros speramus, quo faciliores nos illos erga alios cognouimus.  
Erit autem nostra de hac re disputatio bipartita. Ante omnia enim  
docebimus, num et quacum sit ista dissimilitudo virium mentis humanae.  
Cuius quidem rei inuestigatio necessaria est, quoniam, nisi huius  
dissimilitudinis natura accurarius perspecta et cognita fuerit, quanti-  
ta res sit momenti, non satis potest intelligi. Deinde vero, *quoniam*  
*haec dissimilitudo vim habeat in emendatione hominum spectrandam*, videbi-  
mus. De viroque igitur deinceps agamus. Neque est, quod quis  
dicat, de ea re dicere propterea esse superfluum, quod omnis emen-  
datio pendas a vi spiritus sancti divina. Cum vero non verea-  
mur, ne sint, qui in corrigendis instruendisque hominibus nullas  
partes esse spiritus divini efficacie: hoc enim esset iusto magni-  
ficentius de humana natura sentire; tamen, quoniam haec ipsa efficie-  
cia eiusmodi est, ut se accommodet ad varia hominum genera ac  
quemque diverso modo ad fidem mentisque sanitatem perdueat,  
eius exemplum sequantur necesse est, qui in aliorum emendatione,  
quod ipsi licet, volum elaborare.

Cum igitur consilium sit, inquirendi primum in ipsam virium  
mentis humanae dissimilitudinem, de eo, quas hoc loco mentis hu-  
manaë vires, et quo sensu dissimiles dicamus, pauca praefabimur.

Vires

Vires autem mentis humanae intelligimus animi facultates et eas, quas a natura accepimus, et, quas industria et exercitatione auximus. Nec enim hoc est propositum, ut omnes voluntarii propensiones proclivitatesque, quarum est infinita vis et multitudo, complectamur, variarumque, quae Cicero dixit, inclinationum rationem habeamus, cum hoc consilium praeculat libelli modus. Quanquam ne eas quidem plane praetermittendas esse duxiimus, quatenus ex iis oritur diversa virium ipsarum exercitatio et usus. Has quidem vires natureaque dores dissimiles esse statuimus. Cum vero duplex possit esse genus dissimilitudinis: alterum ratione corrut, quae rei per se ac necessario insunt; b) alterum vero ratione gradus et modi externi; ultimum hoc loco genus amplissimum, graduque tantum homines discrepare statuimus. Hoc igitur sensu res dissimiles eae sunt, quarum altera in alteram non abire potest, nisi addendo et demendo alteram mutaueris, ita tamen, ut quae virique per te insunt, manent intacta. Neque facile erit, qui homines priore dissimilitudinibus generi differre dicat. Habent enim omnes casdem vires primarias, quae sunt ex eo genere, ut pertineant ad naturam proxime. Atque eae quidem ita sunt nexae et coniunctae, ut omnes cogitare et velle possint.

vt

b) Primo quidem generi subiectae esse possunt variae formae. Necellaria enim ipsa differant, cum vel necellaria (aboluta in scholis vocant) alterius alteri plane defant; vel pars tantum necellariorum rei cadent est, pars diversa; vel cum alterius habet omnia necellaria alterius, sed posterius propriece non est idem, quod superius; quoniam superiori tanguum pars in ea, cui aliquid necellarii deest. In qua tamen re quæri potest, virum canum in altero aliquid necellarii deest, quod in altero est, cetera autem habent communia, hoc proprium sit aliquid, quod pendas a gradu necellariorum, an sit necellarium ipsum. Si prius, potest hoc alteri accedere, modo necellaria, quare iam adsum, augementar. Tunc possunt etiam hoc sensu similes esse. Viamur exemplo. Si vis cogitandi, quae rebus ab omni concretione remotis propria est, et ea quae corpora, necellaria aliquid est, sunt ipsa dissimilia. Si vero vis cogitandi est eiusmodi quid, quod accedit, si necellaria virtus rei ita communia addendo et demendo mutantur, ut subtilius quid inde existat, possunt quoque eo sensu similes haberi.

59

Vt enim nemo sensum praeter quinque habet, vt nullius hominis corpus in equa degre potest; sic nemini alia vis animi praecipua indita est, nemo alio impetu feratur. Quanquam enim in corporibus quoque humanis magna formae et indolis est diversitas, sunt tamen omnibus eadem membra, eadem sensuum instrumenta. Neque obstant partium multilata monstrata et decurtata. Haec enim ubi carent aliqua parte, non sunt perfecti homines. Atque huius mutilationis non natura est causa, sed calus forruit. Quid vero omnium corporum sit forma dissimilis, id singularum partium, ex quarum coniunctione alia nascitur facies, magnitudini tribuendum videatur. Neque alia est animi ratio. Est enim ipsorum virium non diversa natura, sed harum suum quoque modum habet. Nec reicienda videatur LEINITZII ratio, quia animalium varietatem in maiori minoriue virium earum, ex quibus reliquae duci possint, accessione confistere vult. Maxima vero naturarum discrepantia partim in facultate cum res nobis circunmetas, rum que in animo ipso sunt, percipiendi; partim in vi agendi deprehenditur. Haec posterior rursus non eiusdem est generis. Alia enim est vis cogitandi, alia corpus et mouendi et ciui moris regendi et moderandi. Similes contra maxime in communibus illis naturae legibus, secundum quas cogitant, iudicant, ratiocinantur et apparet.

### §. III.

Sed antequam de hac re conquisitus agamus, non praetermittendum est locus, virum ea dissimilitudo ipsi naturae, an foli educationi debatur. Quodsi enim variis formas, quibus indui homines se conspiciendo praebent, intueamur et contemplemur, non admodum arridebit HELVETII sententia, quae naturee haec in re vilas esse partes negat. Ita enim animus hominis non velatur et tegitur, ut, quam obvolucra, quibus circumdatur, praebent dissimilitudinem, ea remoios illis regumentis si similitudo. Et si vero HELVETII argumenta, quibus illam naturaliem aquilatorem tueri volunt, habeant, quo se commendent; nemo tamen facile, qui accuratius rem cognoverit, in eius sententiam se abduci patetur. Quod enim omnibus

ess esse vires eamque ingenii soleriem et acumen dicit, ut eadem ediscere, eademque cognitione animum imbuere possint, in eo lapsus videatur, quod nullam tarditatem et celeritatem, qua in eum cognitionis gradum escendere possint, rationem habuit. In eo enim quam sit insignis varietas, si in singulis non tam facile animaduertatur, quo plures tamen simul conseruantur, eo clarius apparet. In quo vero certissimum est argumentum, non omnes iisdem animi viribus nature excellere. Neque satis placet, quod animi virium diversitatem a diuerso animi perturbationum gradu reperendum conset. Ut hebes ad intelligentium ingenium et obtusum acutum, nihil opus esse dicit, quam ut iisdem, quibus acuti homo ingenii, animi commotionibus excitetur. At vero quisque videt sic rem ex alia explicari, quae eandem habeat causam. Hic enim quod nullo ad vires animi exercendas impetu fertur, id non minus a virium ipsa imbecillitate naturali pendet, quam ipse virium parvus visus. Quamobrem qui naturam ipsam diuersos animos et fabrica sua emississe putant, non admundum falli videntur. Id enim satis eorum iudicio confirmatur, quibus parvulos liberos erudiendi cura tradita est. Ut enim quisque est optimus intelligentissimusque praeceptor et magister, ita huius sententiae soler esse amicissimus. Cum enim vident impedimenta, quae sint amolenti, quibusque saepe a consilio absterreantur, et praesidia, quibus adiumentur, ad hanc sententiam accedere nulli dubitabunt. Habere quidem omnes eisdem vires, sed non eodem gradu, intelligent. Ut enim, qui vim *zorni* innatam haberet, non quoque semper epicum caridatum est hoc, ut acutissime *philosophem* perspiciant, resque paulo abfrusiores penetrare possint. Neque vero audiendus est Homo, cui tanto hominum discrepantia videbatur, ut iisdem primis parentibus vlos fuisse negaret. In quo tamen caudendum est, ne, quod educationi debetur, id tribuamus naturae. Magnam enim vim esse educationis, regionis, cibi, diuinitarum, imperii et cetera, c) qui du-

biter  
e) Conf. FEDERI Untersuchungen über den menschlichen Willen, Tb. 2.  
Abschn. 2. HUARTS Prüfung der Köpfe, quem tamen librum caute adhibendum esse constat. FLOREGES Gesch. des menschl. Verstandes.

bitet neminem fore arbitror. De quibus tamen plura dicere non attinet. Idque in primis de idearum copulatione diversa valer. Est enim mentis nostrae hec indoles, ut notiones, quae simul menti nostrae obseratae sunt, sensim ita copulentur et coalesceant, ut earum perpetua sit societas, alteraque alteram instaurare soleat. Et cum ea sit notionum celeritas, ut altera alteram premat et velut vnde vndam superueniat, eae porissimum, quae maxime ferunt sensuum instrumenta, in animum recurrant.<sup>d)</sup> Inde efficitur, ut nemo plane alterius sit similis. Ut enim diversa est idearum copulatio, ita diversa erit hominis indoles. Quod, qui de ea re praecepiunt, satis luculent doceant. Ita enim, ut hoc utar, quisque erit in omni re moderatisimus et optimus, ut cogitatio honesti et iusti recordatio animo infederit, seque in omnem mentis agitationem penitus insinuerit.

## B 2

## §. IV.

<sup>d)</sup> Haec quidem notiones in animum reuocandi et copulandi vis, licet maxime sit vici, non omnibus tamen difficultatibus exempta videatur. Id quidem iam vidit *TE RENS* in philo. *Verfuchen über die menschl. Natur*, *Tb. I.* p. 109. Quodli enim accurate leges eius cognoscas, eae nihil aliud volunt, quam si animo obserfetur notio A, transeat vero mens ad notiōnem B, hanc ipsam notiōnem B, nisi rebus extensis in animo exciterit, propterea sequi notiōnem A, quoniam vel ei similes vel contraria sit, vel simili iam animo praefens fuerit. Sed non satis potest intelligi, cum notiōne A sequatur potissimum notio B, nec potius C, D, E, et aliae, quae ipse cum sint similes vel contrariae vel simili fuerint perceptae. Illa enim lex non magis fero indicat successiōnēm idearum, quam si quis dicat: idea praelonis fere quamque aliam instaurare potest. Quaenam enim notiones sunt, quae non quoddammodo ibi sint similes? Quodsi vero quis dicat, eius rationem petendam esse a maiori minori attentione animi, non plane obfcuritas tollit. Quid vero? si in instaurandis ideis animus sequitur illum principem impetum, ex quo omnia duci possunt, nempe perfectionis sensum. Etenim animaduertere licet, eas tantum notiones similes aut simili perceptas in animum recurrere et copulari, quae aut maxime placeant, aut displaceant, et quod vel melius vel deteriorius ex nostra certe sit opinione. Exemplis uti prohibet libelli modus. Non vero hoc mihi sumo, tanquam ea res omni sic liberetur difficultate. Hoc enim non est meae imbecillitatis. Sed haud scio, an hunc loco forsitan aliquam, quanquam non magnam, affundat lucem.

non positis unius natus audi. §. IV. non id videt manumq[ue] dedit  
volerit. Et hanc omniuersitas mentis ut ceteris viis auctib[us]...  
Sed unde virium mentis humanae dissimilitudo ducenda sit, satis  
explicarum esse arbitror. Reflat, vt, in quibus in primis ea dissimili-  
tudine cernatur, accuratius persequar. Aque hic postissimum  
tribus modis: intensione, confusione et directione, viris differentes reperi.  
Cum enim in qualibet vi spectari possit, num sit grauis; num con-  
seruat; cum reliquis viribus et quomodo ad eas se referat; denique  
in quasnam res dirigatur et adhibeat: etiam ad haec tria referri  
potest, quicquid in hominum viribus deprehenditur varietatis: ab  
his fontibus petenda sunt omnia. Sed nos de singulis dicemus.

Primum igitur dissimilitudinis virium humanae genus est in  
eo, vt sint debilioris et infirmiores, vel grauiores et efficiaciores.  
Ut enim in hac re corporum virium magna est varietas, eadem est  
animorum. Aque vt huic maior et acutior aries oculorum reli-  
quorumque corporis partium, huic vero obtusa; sic aliud alio ma-  
ioribus animi viribus gaudere videmus. Animus enim simulacrum cor-  
pori includitur, habet quasdam vires, sive haec ei perpetuo inhaef-  
fent, sive, antequam in lucem prodiret, in utero natae; et sive sint  
vires animi simplicis et ab omni concretione remoti, sive quadam  
pendente ab artificiose cerchii structura. Negue hic reperte volu-  
mus sententias distractas philosophorum de vi primaria animi. In  
qua re esti si maxime naturam hominis atrigisse et penetrasse viden-  
tur, qui vnam tantum flatuant esse vim, ex qua reliquae duci possint,  
nobis tamen hic perinde esse potest. Sed ne quis sit admiratus, cur  
eum inter plures philosophos confer, vnam tantum vim primariam  
hominum esse, nunc ita sciungam, quasi sint plures: alia est illa,  
cum veritas ipsa limatur in disputatione, subtilitas; alia cum ad opini-  
onem communem omnis accommodatur oratio. Quamobrem vt  
illa vis princeps diverso modo se exercit, sic plures quoque vires  
esse dicimus. Omissa igitur huius rei longiori disputatione, sufficit  
confidere in vi intelligendi et appetendi. Quas vero hominibus di-  
verso gradu inservi, quis, qui historiam tenet generis humani, est,  
qui nesciat? Sed in primis exercet ingenium quorundam ea quaestio:

virum

vtrum haec vires augeantur et crescent studio et industria, an maneat, quas natura dederit, eadem, subtiliamurque iis tantum plures res, in quas agere possint. Quod enim si sumimus, non mutantur vires ipsae, occupantur modo pluribus rebus, habentque maiorem materiaum, quam tractant. Non enim v. c. vis videndi augeatur, si quis filum oculis obstantem cedat. Oculis tantum maiorem et ampliorum campum operit, quem percurrere possint. Quod e) quamquam concedi possit, in eo tamen vires creferre dici possunt, quod ad agendum apriores facilioresque evadunt. Maneat igitur hoc, huius vires animi magis crevissit et adoleuisse, quam alterius. Sed lubet in primis diversis nosas er genera commemorare, quae virium gravitatem indicant. Arque hic primum alii homines eas vires habent, quae omnes sece vel parer, ad quam addibentur, complectuntur, iugantur expletant measuram; alii vero, vbi vires suas intendunt, rem attingunt tantum, multungue relinquunt manu et imperfetti. Illud in primis est animi magni et praefensis; hoc pueri ingenii et timidi. Illos non facile de grada deiici, nihilque, ad quod levem animum appulerint, ex parte tantum perficere; hos vero saepe tumultuantur perturbari, et ob imbecillitatem virium ab incepitis desistere videoas. Non enim eorum vires diu continuari possunt, sed facile fatigantur et torpescunt. Sunt vero ingenia tam excellentia, quae ita negotis

B 3  
... distrahuntur.

e) Est enim mens nostra ita imbecillis, vt ne naturam quidem virium internam faris percipere possit. Et possunt commemorari, quae illam sentientiam stabilire videntur. Nam v. c. vis cogitandi non vere crescere videtur, sed omnis accessio a maiori idearum numero et serie repetenda est. An vero non poeta eandem vim πεντακειη habeat, cum est in flore iuentutis, quam habet tum, cum fructu? Accedebant tantum multa externa, quae animum ad eam offendendam et exferendam impellebant. Et cur, si vires animi ipsae crescunt, eadem vis cogitandi in uno eodemque homine non iisdem in rebus se exercere solet? Cur is, qui a natura accepit ingenii acumen, magis leuisiter procedet in Mathematica, quam in philosophia? Saepè enim, quæ v. c. Algebraicas rationes facile expendere possint, in aliis rebus rudes fuisse accepimus. Sin vero illam rationem amplectamur, quae multis placet, omnia erunt expedita.

distraxi et onerari possunt, ut nec ab iis reuocari nec facile respirare velint. Quo siueius autem recreationi et otio dandus est locus, eo minor est vis et efficacia. Contra vero sunt alii, qui, ad quocunque negotium accesserunt, languenti viresque reficer cogantur. Atque in primis qui puerita abundant, his ut motus corporis, ita sensus tardos et mentis obrusam esse physiologi praecipiunt, ita laboris impatiens ignaviae sece tradant. Qui autem multum biliis haueant, eorum esse dicunt acres animos, celeres et praecipites generoflamque indolem, quae, ad quamcumque rem delata fuerit, ea perfungi studeat. Quod enim ARISTOTELES<sup>f)</sup> dicit: ὁ μεγάλος ἀριστος τοιν τα τε περιγραφων πονηρα δυνατον, ὁ δε πολλοι χειρες και πτερες, id, qui in hominum actiones accurate inquire velit, vnu fatis comprobatum habebit. Sed non praetermittendum est illud discrimen, que alii pluribus rebus et mutationibus efficiendi sunt pares; alii vero paucioribus. Quo pluribus enim rebus infierire et accomodari aliqui vis potest, quo paucioribus aliorum praefidii indiger, et quo minus aliorum vires quasi praedatur, eo intior eius vis, eo maior dici potest. Quantum autem in eo discrimen inter homines intercedat, eum, qui naturam hominum contemplatus fuerit, non fugiet. Est enim quibusdam tanta vis animi, sic ad omnia pariter veratile ingenium, ut natos ad id vnum diceres, quocunque agerent. Atque id in primis ab intellectu pender. Qui enim pauca perspicunt, paucasque rerum notiones habent, paucioribus quoque rebus manum admovere possunt, totique a confunditure pendent. Feruntur ad eas voluptates, quae sunt ex pecudum genere. Quoniam vero nec rationem vident, qua molestis se liberen, nec vilam melioris conditionis imaginem habent, nisi saepe dolores deuorare laboresque perferrere possint, tamen nihil magni appetent, quoniam eius premium non intelligunt. Quod vastum et amplum est, admirabuntur, non vero pulchritudine aut arte oblectantur. Alii quidem, quibus medicis est cognitio, plures quidem res suscipere possunt, multa rame illatos,

*per se aliud est, immobilia quae mundi exanimis sunt, unde dicitur mundus.*  
D) Rhetor. lib. 2. cap. 5. *Quod*

quod dicunt, manibus attingunt. Cum enim nunc facile ad credendum possint adduci, et ad imitandum sint procliviores; nunc vero pericaces non facile a proposito discedant, quoniam habere se putant, quibus aliis praefestis, saepe temere et inconsulto agunt. Quibus vero praecipua vis est ingenit ad eo, ut consequentia et causas rerum cernant earumque progressus et quasi antecessiones non ignorant, similitudines comparent, rebusque praesentibus adiungant et annexante futuras, ii ad plurimas res informatae habent animum. Facili enim vident cursum rotius vitae, ad eamque degendam prae-  
parant res necessarias, quia cogitatione futura praecepere possunt. Hi vbi ad rem gerendam accedunt, caueni, ne aut temere desperent propter ignaviam aut nimis confidant propter cupiditatem; ita, ut quocunque loco natu essent, ibi fortunam facturi esse videantur. g)

Arque cum maximum ponderis rum vis quadam accipiunt, cum cito, quidquid moneat, perficie posse, in eo quoque hominum vires differre reperimus. Hi enim celeriter; illi vero lente et pedetim agunt: quamvis utriusq[ue] bene agere possint. Qui enim facile rerum imagines concipiunt suntque *expeditiores*, cito ad actiones defendant, citaque ad finem perdaunt. Saepè enim in admirationem rapimur, cum videmus, qua celerritate res a multis excoigentur et agantur. Dolemus vero, quamquam hispenumero im-  
merito, vicem eorum, quorun vis est lenta et languida. Sunt enim, qui cum anxietate quadam in omnibus negotiis, priusquam aggrediantur, adhibeant præparationem diligenter, omnia enquirant et perpendant. Ita vero sit, vt, cum saepe metu frangantur, a statu naturae et a dignitate sapientis et robusti animi paululum discedant.

### §. V.

Ac quomodo hominum vires intensione differant, cum fatis in-  
telligi possit, nunc, quam consensu sint dissimiles, videbimus. Con-  
sentum autem virium dicimus, cum una via alteri responder, er-

g) Talem Catonem fuisse accepimus. Conf. Livius XXXIX, 40.

vnaquaque pari gradu processit, crevit et aucta est. Dissentient autem, cum vna alteram praecurrat, vna est exulta et aucta, altera neglecta; vna semper viget et dominatur, altera vero languet et parat. Iam vero, dici non potest, quantum ex hac re hominum oriantur discrimen. Nemo enim ita vires suas omnes excusat, ut ne vlli quidem maior facta fuerit accessio. Quodsi enim rerum creatarum seriem animo perlustramus, noua semper, quo alius ascendamus, accedere, humile vero et tenue remanere reperimus. Ad rudem indigestumque molem vbi accedit artificiosa structura, machina, quae alieno impetu moveretur nec sibi est sensus, oritur. Haec vbi accipit vitam et sensum, prodit animal. Quod vero vbi distinguuntur ratione, homo nascitur. Atque hic unus omnis velut in se completiuit: materiam, machinam, animal et animum ratione praeditum. Quin etiam omnium omnes vires haber: robur ac firmitatem, quae est materiae rudit; certum et descripsum motum, qui est machine; appetitum et aversationem, quae est brutorum; denique, quod sibi est proprium, rationem. Haec igitur omnes vires alienda, nulla negligenda est. Ester enim homini, qualiter natura fixit, hoc agendum, ut robur firmer et augeat; motus describat et temperet; ut propensiones rite colat et alat; ut vim cogitandi, iudicandi, ratiocinandi pariter foueat, ut in omnes res, quantum fieri possit, agar, ut omnia, quaeunque oblate fuerint, seniat, videat, audiat, cogite. Nec vero quisquam ita omnes vires suas fouet et volut conficit, ut nulli curam subtrahat. Atque haec negligenter tamne est, ut ne infantum quidem omnes vires sint pares. Iam in pueris tanta virium dissensio deprehenditur, ut adhuc non sint integri homines et incorrupti, Maximam partem iam deflexerunt ab hominibus vniuersi considerati integritate. Altera vis eminer, altera later, altera viger, altera felpita relinquitur. Illa propensio accensa flagrat, haec sopita est. Altera enim prae alterius impetu, quo opprelia iacet, non potest vim suam exercere. Neque incepit vnumquemque hominem cum agro confras, in quo quidem multorum fructuum semina sparsa sunt, paucia tamen radices agunt et adolescent. Atque huius rei ratio ex imbecillitate hominis et rerum externarum vi, quibus quasi limitibus circum-

circumserbitur, est arcessenda, quaē est tanta, ut homini tantum  
liceat, uno modo cogitare, sentire, agere, cum tamen a natura ha-  
beat hoc, ut possit pluribus modis. b) Cum enim homo nascitur,  
omnis virium exercitatio pender ab iis rebus, quibus se circumdatum  
et septum videt. Eminent tantum illi igniculi nature, quibus exequi-  
tiendis et suscitandis se offert occasio. Hi postquam scimel flagrare  
cooperunt, reliquos extinguit et suffocant. Atque ut omnis disputa-  
tio, quae de animi viribus instituitur, multum adiunatur corporis  
natura collata, sic in primis huius, nihil est dubium, quin maximum  
affundat lucem. Quodsi igitur corporis vires operosis artibus in-  
tenduntur, inde corpus maximum roboris accipit: quod vero ipsum  
impedit, quo minus corpus facilime vertas et trahes. Neque enim,  
qui robusto est corpore, habebit idem facile et trahibile. Sed  
quorū haec? id enim in singulis membris animaduiriē licet.  
Ac in primis rotobant et firmante membra, quae saepissime tra-  
stantur, et, cum omnes suci eo transuuantur, reliquias vero sub-  
trahantur, que minus cetera erescant, impediunt. Neque alia vide-  
mus in rebus inanimatis. Rami enim arborum, ut hoc stari, essent  
plane sibi similes, haberentque, ceteris paribus, eandem magnitudi-  
nem, nisi res externae accederent, que quidem efficiunt, ut succus  
in hunc vel illum potissimum ramum, altero exarescere aut absillo,  
deferatur. Ut vero haec dissimilitudo corporum pulchritudinem  
imminuit, sic multum detrahit ei, quam habere possit animus: et  
ut corporis forma, cuius membra alia alias sunt maiorā, non ita mo-  
uet oculos, sic necessario animi perit facies; cuius partes, si de parti-  
bus loqui licet, non concinni, deformesque sunt. Insunt enim  
multa luxuriania et ambitionis crescentia, que recidenda sunt et  
refecanda; multa contra, que velut sine succo ac sanguine sunt:  
brevis, multa que abundare et que defunt. Id vero, quod sin-  
gulis hominibus proprium est, quodammodo ponendum est in vita.

<sup>a) omnibus</sup> <sup>b) Conf. GARVE in den philosoph. Anmerkungen zu Ciceros Büchern von den Pflichten, Tb. I. p. 197.</sup>

Est enim signo, esse, quae vel non exulta fuerint, vel quae supra modum creuerint, ac naturae humanae instrum lemen mala non ruliss, quae ferre poterit; multa contra habere, quae in eorum locum adulenerint. Quamobrem qui v. c. tantummodo vim intelligendi aequit, reliquias vero neglexit, merito accusatur, quanquam habear aliquid, quod sit frugis et vile. Ut vero omnes vires consellantur, videndum erit, ut quod plane desit, restaretur et compensetur, quod debile, alacrus et foveatur, quod vero maiorem in modum crevit, amputetur et tollatur, certe colibetur et supprimatur. Quod quidem tum optime fieri poterit, si vis, quae praeter modum aucta est, transferatur et deducatur ad eas res, quae reliquis essent traxillae. Nec est dubium, quin multum referat, quae potissimum vis et propensio alias dominetur. Sic enim sit, ut omnia immixtum habeantque multa, que inde nascuntur. Oriuntur vero ex illa principiis ac dominante facultate aut propensione partim omnes, quae ei proper nataram sunt adfines, partim quae eam adiuuant, quaque sunt ex eo genere, ut eam satiare et explore possint. Sic qui gloriam bellicacem capiat, corpus laboriosus indurat, austeraturque omnem mollescere. Haec enim natura sunt similia. Tum vero consociatur imperandi alis et in rebus domesticis deterrandi libido. Haec enim alunt et adiuuant. Argue inde facilis est responsio, cur hominum propensiones saeppe tam dissidentibique ipsae sint contrariae. Is v. c. cui imperium affectandi dominans est cupidio, pellicitur et rapitur saeppe ad crudelitatem et superbiam. Haec enim sunt propinquitate quadam coniunctae. Ut vero facilius obineat conflitum, saeppe descendit ad aliorum nutrum et voluntarem, saeppe de iure suo cedit, saeppe ferociam et spiritus reprimit, saeppe animum contrahit ac demittit. Eadem est ratio virium. Huius vero dissimilitudinis possunt esse innumerii gradus. In quibusdam hominibus tanta est *dotazqueror* virium, ut inuicem se tollant et turbent impedianque, quo minus possint agere humano modo. Hoc si est, deterrima et insima hominum est conditio. Neque maiori pretio, quam quo corporum monstra, habendi sunt. At enim vero non omnium vires ita dissentiantur. Quemadmodum enim corpus illud quoque pulchrum

voca-

vocamus, cuius partes, quanquam non ex artis regula conueniant, apertissimeque sint connexae, cohaerent tamen maximam partem; sic animus quoque, cuius quidem vires non omnes pariter processerunt, nec tamen ita dissentient, ut sit turbatio torius, laudatur et probatur. Quantam vero haec quoque dissimilitudo in emendandis hominibus vici habeat, priusquam dicere aggrediar, de tercio dissimilitudinis genere pauca dicenda sunt.

### §. VI.

Admonimus enim supra, vires hominum quoque *directione* differre. Ac multum quidem intereat, quomodo viribus vitamur. Ut enim diversa solet esse virium exercitatio et vias, sic quoque diversam induant formam. Non vero sumus earundem rerum analogores et opifices. Suas quisque eligit res, in quibus vires suas exerceat. Ille res honestas, hic turpes, ille res a sensibus remotas, hic artes operositas tractat. Omnibus vero omnino hominibus hoc a natura tributum est, ut felicitatis incredibili trahantur cupidine. Neque quisquam eo insaniae progrebi potest, ut neque felicitatis cupidine mouetur, neque se hoc agere conficeatur, ut felicitatis fiat particeps. Inique illi ipsi, qui omni viutorum genere voluntur, hoc fateantur necesse est, omnia se omnesque actiones ad felicitatem referre. Etsi enim felicitati inimicum est virtus, neque beate vivi potest, nisi iuste honesteque vivatur, non tamen proprietate virtutis quisquam delestat, quia via esse fibigere noctura intelligit, sed, quoniam aut ignorantia, aut erroribus execratur, aut vehementibus effrenibusque cupiditatibus irretitur, verum cernere non potest, neque, quae vna ad felicitatem ducit, viam videt. Quamobrem prouti informent animo felicitatis notionem, diverso quoque modo eo nituntur. Quanquam enim omnes tendunt ad illam tranquillitatem sine villa aegritudinis admixtione; et, sceris malis omnibus, cumulatam bonorum complexiōem, diversimode tamen ea se posituros esse existimant. Neque est dubium, quin praecclare cum eo actum esset, qui omnibus bonorum generibus abunderet. Sed haec felicitas vita humana exultat!

C 2

Neque

Neque enim omnes excutunt et in omnes partes versant animum, priusquam ad agendum progrediantur, donec occurrat aliquid quod error possit esse eiusmodi, cuius fructus nullius casus fortuiti interueni interfici possit. Qui vero ita incertis opinionibus vagantur, vi negligunt illum actionum consiliorumque velut concentum, quantoque in bona quaelibet, quaeunque iis obiecta fuerint, eorum error et perirendus est, qui multorum animos infedit, omnisque opinione traducenda est, vi virtutem, torus viras moderatricem, solam felicitatis viam aperire intelligent. Nam bona en, quae proficiuntur et rebus externis, quaque clargitur fortuna, et si habeant hanc vim, vi felicitati splendoris nihilquid aut condimenta affundant, non tamen sequiparaunt suos illis, quae infinito animo. Sed quibus cupiditatibus et propensionibus singuli homines tenentur, contineatur, alienum ab hoc loco pro. Illud vero paulo subtilius querendum, quodnam in virium sua ad felicitatem comparandam comprehendunt differunt. Arque in eo varia sunt hominum genera. Alii quidem viribus videntur, omniisque modo nituntur, ut fructus boni; ali i vi habent, et alii denique, cum nulla re nisi impedimenta obiecta moveantur, et ea removantur. De singulis deinceps. Ac de iis quidem, qui tantum fructu bonorum delectantur, ordine oratio. Suni igitur, qui specie obiecta pulchritudinis, eius illecebris, quoniam vires suppetunt, non resistunt; qui contra absens honum aut futurum non ita appetunt, nec imperio quodam in id ducantur. Horum vero animum cum femel voluptatis, blandissima domina, veluti concutit, non ita mentis sunt compores, ut animum abstrahere queant, vique ratio praeficit, appetitus obtemperent. Arque corum appetitus et magis evanescunt, quo minus ante animus concitatatur. Nesciunt enim, quam dulce sit id, cuius quidem amorem ne cupidi quidem fuerant. Quare omnem dant operam, viresque totas consumunt in eo, ne, eni us dulcedine copiuntur, id sibi eripiatur. Neque prius desistunt, quam cum doloris faces admoventur. Tum vero toti exterrentur, omniaque agunt, quibus dolorem effugere et abstergere possunt. Quantum vero hoc incommodi habeat, ex eo intelligitur, quod, cum corporis animique vires exhaustantur ad voluntatis sensum imbibent.

bibendum, eas frangit ac debilitat. Est enim animi quedam sobrietas, que; cum quis nimis luxuria gessit, euangelio necesse est. Non enim cohiberemus possunt imaginum imperium obuerantum; neque eorum cunctum interrumperemus. Sed satis de primo genere, Veniamus ad alterum.

Alios igitur nisi videmus, ut habeant potiorumque bonis. Neque enim rarum genus est eorum, qui minus acriores sunt in fruendis quam in persequendis rebus, quae ad voluptatem et felicitatem pertinere videntur. Multa apparet vehementiori imperio, sed, ubi, quae concupiscerant, nacti fuerint, appetitus temperare possunt, nec admodum optatis frui volunt. Pertinaciter inscitamur voluptates fugientes, caprasque ac praesentes sine mora dimicantes. Quare eorum, qui descendit animique litteris excelendi cupidine flagrant, nolunt hi quidem vnam fructus que doctrinac, cum in acquirendu comparandaque doctrina satis habeant voluptrias. Atque qui ita animo sunt affecti, quanquam saepe etiam ad res minus honestas delabuntur, has tamen commones, cum non tam ex sensibus, quam ex intimo animorum recessu proficiantur, facilius possunt sedare. In unaque enim perturbatione quo minores corporis sunt partes, eo facilius potest ipsa pelli ac debillari. Sed quoniam horum appetitus longius, quam voluptatum fructus, durant, conseruandus sunt supremandi.

Denique non praetermittendi sunt ii, qui neque tuis, neque sacerdotum gratiarum, sed impeditamentis suis obiectis maxime mouentur, neque tam fructus voluptris, aut cupiditatis, sed rerum externarum impulsu alii ad agendum descendunt. Ut enim globulus, semel iactus, in perpetuum nisi retardarent impetus, moueretur; quietens contra se semper iacet immorus, si denure pellatur; eadem quoque quorundam animorum est ratio. Manere cupiunt ea, qua sunt, conditions et, cum non sine labore et contentione agere incipiunt, difficulter quoque, ubi semel agere coepirint, conquiescere possunt. Inde vero sit, ut partim iis rebus, quae non successe deficiuntur, ita inserviant, ut ad alia eaque grauiora non facile tradi possint; partim ut nimia contentione vires absument. Neque est, quod quis neget,

C 3 haec

haec virium exercitationis differimina in omnibus propensionibus inclinationibusque posse animaduertiri. Quid enim, ut hoc viat, ad gloriae cupiditatem attinet, alii quidem nituntur, ut fruantur honore, quos yanos; alii vero toti sunt in gloria querenda et captanda, tributosque autem honores negligunt, quos gloriosos imperandique cupidos; alii denique maxime iniurias aliorum offenduntur et lacerfuntur, quos superbos et iracundos appellare licet. Arque haec quidem de dissimilitudine virium mentis humanas diximus. Quae si longior visa fuerit oratio, cum magnitudine rei comparetur: ita fortasse eriam brevior videbitur.

### §. VII.

Iam vero quisque videt, multum interessere, quae cuiusque natura sit ac indoles. Quare haec dissimilitudo quomodo spectanda sit in hominibus emendandis, de eo nunc dicemus. Nam eum quidem, qui his tam diversis variisque viribus instrutis hominibus vniuersalem quandam medicinam adferre voluerit, satis temere agere, neminem fore puto, qui dubiter. Cuiusque enim est indaganda indoles, cuiusque spectandum ingenium et vires, si quis in corrigendis emendandisque hominibus proficeret et ita versari velit, ut non laboris impensi eum poeniteat. Quidni, cum in aliis, tum et in hac re, Iesum sollicitorem illum saluatoremque generis humani, sequendum exitemus? Cur hic exemplum eius deleramus? Quis enim non admiretur sapientiam eius, quae semper rationem habuit eius, cuius animum ad religionis praedantissimas sensum virtutisque studium conuertere voluit? Aut quem fugiar eius cum Pharisaeis differendi colloquendique ratio? Neque enim tantum ad modum cuiusque cogitandi et sentiendi, mores opinionesque si demisit. Sed sapientissime quoque eum se accommodasse ad cuiusque hominis vires, quo quis erit in libris sacris legendis scrutandisque versatissimus, ita maxime intelliger. Ac quoniam in eo sumus, ut quantam vim habeat haec dissimilitudo in emendandis hominibus, doceamus, sic potissimum versabimur, ut hanc virium varietatem *incitamenta et momenta; praefilia;* modum denique virtutis immutare ostendamus.

Ex

<sup>110</sup> Ex tribus autem locis, in quos diuersum emendationis genus diuisimus, primus ille, qui *alia instrumenta effigiter*, maxime attingit naturam humanam. Sed quae ad virtutem nos cohortari possint, non viuis generis sunt. Omnes enim trahimus potissimum iis rebus, quae nobis sunt carissimae, maximaque nobis volupatatem afferre videntur. Hoc quidem studium est eiusmodi, ut, quae nos eorum, in qua imperio quodam ferimus, participes reddere possint, ea ipsa amplectamur et amemus. Frustra igitur laborabis is, qui incertamenta exinde sumet, quorum aut plane nulla est cognitio, aut cupido. Cum vero varia adhibenda sint momenta, prout vires hominum differant, videndum erit, ut maxime illis vitam, que vim cuiusque hominis mouent. Et ut quisque in obseruandis indagandisque hominum viribus est diligenter, ita varia maxime adhibebit momenta; Quare nunc ex interno virtutis soleatore et pulchritudine; nunc ex auctoritate et sapientia legislatoris; nunc ex amore in Deum; nunc ex tranquillitate et securitate cum virtute contenta; nunc ex maiori tuis virium et incremento; nunc ex rebus exteris petet.

Quibus igitur is est animis, ut quid pulchrum quidque turpe; quid congrua quidque repugnet, perficiant, iis multum proderit momenta e pulchritudine virtutis dulcis adhibere. Is enim, qui sensu acuto est, ut obiecta pulchritudinis specie mouetur, cum naturam virtutis internam perficerit, cui tam multum pulchritudinis admistum est, ad eam imperio quodam rapietur. Præclare EPICTETVS: Λόγος τον καλον ἐστι, φάσος Φίλει αγαθα. Atque etiam apud eos, qui ordinem et modum in negotiis domesticis sequuntur et amant, ea ratio multum valebit, quae, quantum virtuti ordinis sit adianctum, docet. Qui vero ne corpore quidem offenditur, cuius nulla membrorum apia est copulatio, quomodo ei hanc vim inesse arbitremur, ut virtutis naturalem speciem ac pulchritudinem sentire queat? Cum autem potissimum duplex turpitudinis sit genus: alterum cum parum curae rei tribuitur v.c. corporis moribus; alterum cum nimium curae in aliqua re ponitur, v. c. si quis corporis membra contra naturam moneret, facile appetat, de his imprimis esse monendum, cui sensum pulchri inesse putemus, ut omnis actio vacet

vacer, cum temeritate et negligentia; tum impetu vehementiori. Atque haec est fere descrip<sup>t</sup>io virtutis. Haec cui placent, placet virtus. Efficendum enim est, ut appetitus rationi obdiant, eamque neque propter pigritiam aut ignauiam deserant, neque eam praeceurant. Nam qui appetitus longius evagantur, et tanquam exultantes sive cupiendo sue fugiendo non sat<sup>is</sup> a ratione refrinentur, si modum pulchritudinis animi transeunt. Dicedunt enim ab illa partium congruentia et constantia. Ex quibus illud intelligitur, appetitus omnes contrahendos sedandosque, excitandosq[ue] animaduersionem et diligentiam, ut ne quid negligenter et inconsiderate agamus. Atque etiam iis, qui sensu pulchri mouentur, licet cernere ora iratorum, aut eorum, qui aur libidine aliquo aut metu commoti sunt, aut volupte nimirum gestiunt, quorum omnium virtus, voces, motus statusque mutentur torqueanturque necessitate est. Quod si quis viderit, et quam animum corpusque derupunt ac corrumptant vitia, intelleixerit, facile ad auresanda via et deicienda, amplectendam vero virtutem adducatur. Cum enim aliqua pulchritudinis species obiecta est, commoveri necesse est. Convenientia scilicet et constantia natura eius desiderata.

Sed cum non omnibus sit idem pulchritudinis sensus ne vis, virtutis rationes et momenta nunc ex auctoritate et sapientia legislatoris perenda duximus, qui eam colandam secundanique esse voluit. Est enim quibusdam hominibus ea indoles, ut, quid conduceat, quid deceat, cur hoc nec alio modo sit agendum, nec perspiciat, nec perspicere possint. Quos quidem si quis virtutis necessitatem ratiocines docere voluerit, dilectorum viis non sentient. Eequid igitur erit, quod eos moveat? Aut quae patet h[ab]itatio, quam sequi debet is; qui iis consulum esse voluerit? Nulla certe alia, quam quae ducitur ex auctoritate voluntateque diuina. Haec est eiusmodi, quae sola fere exhibenda est in infantum, puerorum, omninoque omnium animis, qui parum sapiunt, nec quibus inest magna vis intelligentiae, ad pietatem sanctitatemque adducendis et formandas. Hi enim, quem se maiorem existimant, facile ei confidunt, solaque acquiescent auctoritate voluntateque diuina, quanquam non intelligent, tam sequi quam

quam sibi sit frugiferum. Et saepe quoque incident tempora incerta, saluique nostrae externae inimica, in quibus vel sapientissimi viri nil praeter auctoritatem diuinam habent, quo se erigere animumque excitare possint. Ac cum omnes religionis nostrae praestantissimas partes sint fructusae et frugiferae: tum nullus in eis locus est feracior nec vberior, quam de hac ad virtutem cohortatione, quam ex voluntate diuina reperit. Haec enim omnia properata fieri vult, quoniam, Deum voluisse ac praecepisse, intelligamus. Quo vero quid maiori poterit esse solatio miseriarumque leuamento? Quid magis afflillum eriger, perditum recreabit? Quoniam autem alius maior est in rerum causis inquirendi inuestigandisque vis, iis potissimum consilium sapientissimum, Dei in virtute commendanda est proponendum. Hi enim cum in eo versentur, ut, quid verum sineremque, ex quo quidque gignatur, quae cuiusque rei causa sit, indagent, profecto Dei sapientiam in ferendis legibus perspicuam admirabuntur, quarum studiis ea omnia, que natura desiderat, exulta cumulatique habeant. Amplectuntur enim illi quidem ea omnia, que magna atque praeter opinionem bona animaduertenterunt. Atque ea suplicium maximisque efferrunt laudibus, in quibus existimant sapientem plenunque artis nexus et causarum apam copulationem perspicere. Despicunt autem et contemnunt, in quo nihil esse descripi, nihil compositi, nihil animi, nihilque nervorum putant. Hi igitur vbi vident, ordinem sapientissime a Deo descripum virtutis interrupti et turbari, ipsa vita fugient, et cogitando scrutandoque eo adducuntur, ut intelligant, consilium virtutis, quod antea non perspexerint, integratorem esse humanae naturae. Ex quo quidem intelligitur, Dei in promulgandis virtutis legibus sapientiam molcum apud eos, qui ad causas rerum indagandas persequendasque idoneas habeant vires, valere ad ipsi virtutii faciendum fidem.

Ac quoniam quibusdam hominibus ita mollis ac tener sensus, ut, cuius erga se magna esse merita animaduertenterunt, eius voluntate ac natu facile flellantur et regantur, eorum quoque habenda est ratio. Quare multum habebit vtilitatis, apud eos amore Dei tanquam nutrimento

D

et

*et incitamento virtutis etc.* Is enim, qui ita affectur animo, ut facile aliquius beneficis tangatur et mouetur, proclivior promotorque fiet ad voluntatem Dei exsequendam, ubi, quod quantumque ei, vel per Christum, debeat, et, quam verum sit illud IYENALIS; i) carior est illis (sc. Dili) homo, quam sibi, intellexerit. Ac quoniam virtutem plerorumque impedit et debilitat ea opinio, quae leges diuinis hominum commodis virtusque suauitatis obesse putat, ex hominum animis euillenda et minuenda est. Neque illud praeternitendum esse duxerim, plerisque homines ita quadam delectari, qui omnes maxime antecellarat et supereret, omniaque bona velut in le complectantur, ut praeclare VOLTAIRE dixerit: *ni Deus esset, singendum tamen esse propter homines.*

Id vero incitamento genus, quod *ex tranquillitate securitateque* ducitur, alii videunt esse accommodatus. Est enim quoddam methodicum ac placidum genus hominum, qui *vbiique* meu suspensi sunt facileque ad timorem traducuntur. Quibus autem haec est infinitatio animi, nihil magis cupient, quam tranquillitatem et quietem. Horum vero, nemo dubitat, quin ratio sit habenda. Ostendendum igitur erit, virtutem eiusmodi esse, quae uno omnem timorem absterget, muninque viam ad tranquillitatem; viria vero nihil requies habere mulcumque obesse iis, qui oiuum auscipentur. Improbias enim malus est custos diuuniratis, probitas vero fidelis vel ad perpetuatem. Egregie enim PLUTARCHVS k) nos τῷ περ inquit, ερωτι τῶν κολασμάτων ἔκποτε τῶν κακούχων ἐνθέρη τὸν αὐτὸν οὐδὲν οὐδὲ κακία τῶν κολασμάτων ἐφ ἐστηριζάσθαι τοῦ πονητή τετρατερού. Spes quoque iniicienda est, fore, vt, si qua forte mala et calamitates sint perferenda, in altera vita conquefiant.

Neque ea ratio est negligenda, quae ex maiori iusta et virium incremento arcensit. Nihil enim magis dolent, nihilque magis aegre ferunt, quibus animus est acer et fortis ingeniumque vehemens et efforuefens, quam cum se in rebus spoliatos videant, in quibus adhiberi possit virium contentio. Vbi vero neruos suos ac vires experiri, magnasque res

i) Sat. 7. k) De fera numinis vindicta p. 554. ed. Francof.

aggre-

aggregi possunt, lactantur et gestiunt. Quibus vero nihil aptius nihilque efficacius, quod magis mouent animosque incendat, potest repeiri, quam si, virtutem et ipsam rerum magnarum esse effectricem et ad res gerendas reddere maiores, ostenderimus. Haec enim adiutrix semina virium nostris ingenii innata adolescunt. Haec suppeditat nouas vires, suppeditatasque amplificat et auget. Et vti quisque est virtutis studiosissimus, ita solet esse ad res magnas gerendas apertissimus et promississimus. Vtia vero non solum debilitant vires ac infirmant, sed penitus frangunt ac conuellunt. Neque virium vifui ampliori, docendum erit, obesse huic vitae praescriptos terminos, sed etiam e vita discedentibus rerum magnarum suscipiendarum suppeditatum iri occasionem.

Ac cum plerique vires in rebus iis exercant, quae sunt extra nos positae et sub sensu cadunt, ex eorum quoque studiis interdum ducenta sunt, incitamenta virtutis. Magnam enim fortunam esse vim in hominum plororumque animum quis ignorat? Nam et cum prospero eius statu viuentur et ad exitus opates prouehuntur, lactantur; et cum reflauit minusque fauer, dolent et excruciantur. Quod igitur latissime patet, hominumque animos maxime tener, id quoque ne praetermitendum arbitremur. Abstrahendus quidem est animus et reuocandus a nimio rerum externarum studio, et deducendus ad ea, quae in animi agitatione insunt. Sed quoniam vivitur non cum perfectis hominibus pleneque sapientibus, sed cum iis, in quibus praeclarer agitur, si sunt simulacula virtutis: etiam hoc intelligendum puto, non plane semel restinguiri posse rerum externarum amorem, sed sensim sensimque earum cupidum animum ad interna bona traducendum et flectendum esse. Id vero non melius fieri, quam si his ipsis cupiditatibus tanquam virtutis momenti vnamur. Nam si quis gloriae studio trahitur honoris inservi, eo magis virtutis studebit, quo magis, eam non gloriam imminvere aut atterere sumam, sed tantum gloriae sibi adiungere, intelliget, quantum sibi sit maxime honorificum. Nec dubium, quin nulla re magis operis parentur et amplificantur, liquidaque gaudia percipientur, quam virtute colenda. His igitur, qui harum rerum studio ducuntur, persuadendum erit, virtutem

tutem solam esse, quae, si quid importetur incommodi, propulsare possit. Neque enim male praecipiant, qui opiniones praeconceperas hanc habere putant vsum, ut, paulisper ad eas accommodando et descendendo, virtutem ipsam adiuvent.

#### §. VIII.

Ac diuersis quidem incitamentis virtutis, de quibus egimus, diversa quoque adiungenda sunt praefidia, de quibus nunc est dicendum. Jam quidem in promtu est, non omnibus eandem viam ad virtutem ingrediendam esse, sed cuique eam esse eligendam, qua sit commodissima et optima. Quemadmodum quisque diversa ratione a virtute deflexit, sic quoque diverso modo ad eam est reverendum. Quare male praecipiant, qui quilibet iisdem subtiliis praefidisque pietatis ac honestatis vi iubent, quoniam aut ipsi eorum vim in se aut in aliis experti sunt, aut quoniam iis de nullo alio praefidio constat. Quia quidem re nihil potest esse viriosus et ineptius. Ita enim sit, ut, cum homines nullo modo sibi ad virtutis studium perueniendum esse, medicinamque morbo imbecilliorum esse senserit, omnem spem emendandi animi abiecent, animumque desponeant. Sed, ut ad praefidiorum diuersam formam reveremur, agendum est hoc, ut cuiusque indolem exploremus eaque explacamus et foueamus, quia aut a natura paree data aut educatione neglepta esse videt. I) In quo tamen caudendum est, ne de cieuis naturae prauitate iudicium praecepitamus, sed, quid boni sub virtutis latet, studiose exquiramus. Id probe iam vidit PLUTARCHUS: οὐ περ ὁ γνωρίας ἀπέργει τοι τὸν αὐτοποιεῖται καθάπερ ίδον λόγης ἐμπλεον δύσκολας καὶ φυσικῶς αἴρεσσαν, πατέρα πολλα καὶ δύναται καὶ πολὺ ἔχεσσα πολλον, τοῦτο τῷ μεριδηματι διαφένεται καὶ σφεντ αυτα ταῦτα, την λόγην πολὺ οὐσα ὑπεδιδονταν, πατέρα παλαιότερον την γην ποτε πολλα καὶ φαινει προτέξασθεν εἰ μεγάλη φύσει, οὐ μέντοι περ τούτου τοι τραχι καὶ νότιον ἐν Φερεστες, ἀποκτενεῖ

I) GARVELC. m. l. c. p. 552.

οἰκουμένης δεῖται καὶ τοῦτον. ἐδιδότων κρίτης, καὶ σέπος τάταρον εὐρανού  
τοῦ Κύρου καὶ γεννητού, περιμένει λαγουνικής ἀρέτης αὐτογενούς θεάσιαν  
ναυαρού, ἢ τὸν εἰκετὸν οὐαστόν ἀποδιδόντος. Εἰ τοῦ, νοῦ σύρη  
δοκίμους, ὁμιλεῖ διφάρες σὺν φύριον, κονσέντει καὶ ἐν ἄλλῳ. Ηδε,  
in altero illa vis, quam maxime αὐτὰ στῆ, facile patet, id quid debile  
fit, eis firmandum et augeundū; quod plaus uigilatum sit, protabendum  
et ornandum; quod nimis emineat et emicet, reprimendum cohendendaque. Οὐ  
enim aleti animus est dandus, ut confidenter agat et intrepide, promi-  
rusque sit ad res gerendas; sic alteri cautione et circumspiecione opus  
est, ne temere et inconsulto agat: et ut illi, qui nulla re facile tangi-  
tur ac moxerit, studemant eis, ut animo si benevolo; si huic, qui  
commotiori est animo et rebus leuissimis, in summum aut dolorem apti  
volupitatem coniicitur, elaborandum est, ut sit animo firme et con-  
fianzi: ut illi corpus est exercendum resque externe agitandas, quo  
occurrat nimio studio rerum abstrusarum scrutandarum et inuesti-  
gandarum; si huius animus ad veri disquisitionem traducendus est,  
qui compescat et strangalat phantasiae vim luxuriantis. Illud vero  
praefidiorum genus, quod, licet si omnibus hominibus corrigendis  
perciendisque maxime accommodarum, in singulis tamen variatur,  
et mutatur, ducitur ab eo, ut ordīni et aquāibilitati tam uincere vitas  
tum singularium actionum homines adficiamus, n). Ηδε enim par-  
tium constantia et convenientia, qua in eo cernitur, ut nulla pars  
aut iusto plus aut minus habeat, est ars, quam in artibus liberalibus;  
veritas, quam in cogitando; virtus, quam in actionibus; pulchri-  
tudo denique, quam in omnibus rebus laudamus et optamus. Nec  
male M. AVRELIVS: ἀνθρώποις καλοὶ έστι, ἡπερ έστι έτι, id est,  
quatenus secum ipse consenit. Αe talis erit, cuius vires aequalibus  
intervalis ae modis crecent, cuius actiones, mores, sensus et cogi-  
tata in unum idemque nempe naturae praefidiam nituntur fibique  
respondent. Quod autem plerumque vīu euemire solerit, ut vel viris  
bus male, aut iusto minus vitamur, id vita gignit. Atque non  
male quis dicat, homine nullum animalium facilius et maiori modo

D 3

aut

\*) Cicero de officiis I, 31.

aut corrumpi, aut ornari et in melius formari posse. Neque enim obscurum est, omni motu, statu, inessu aut amplificari, aut immixtum formae pulchritudinem. Quodsi vero a laboribus recedimus momento prius, quam vires fuerint lassatae ac defatigatae; quolibet autem die, ubi vires creuisse sensimus, progedimus, tum assequimur id, cuius auctor nulla fuit spes. Si quis enim viribus virtutis sine nimia contentione, fruatur; si negligenter, otio diffidit et languet; si cum nimia contentione, dolet malaque patitur. Omnino igitur videndum erit, ut naturam tam diligentem fabricam imiteatur hominum studium, confensuque virium et partium dent operam. Cuius igitur iudicium non pari gressu processit, quam memoria, is, cum ingenio multis ambiguis, obscuris nec coherentibus rerum notionibus habeat refertum, in errores abducitur; aut cuius elegancia, et, quid conueniat deceatque, sentiendi vis non phantasie responderet, eius lata decipitur; aut si animus magnus et fortis non adiunctum habeat hoc, ut commoerri possit, in feritate delaberetur, si vero quis rebus omnibus faciliter tangatur, neque habeat satis animi, oritur imbecillitas et infirmitas; aut denique si vires non sunt eae, que resistere possint cupiditatibus, vel dolore angustiis et aegritudine vel languore otio et desidia. Quangum igitur fundamen-  
tum ponendum est, operam esse nauandam confensu virium, et alteri hanc, alteri illam potissimum vim esse roborandam, tamen id frustra saepius tentari quis est, qui neciat? Dolenda quidem est et miseranda pars hominum, qui difficulter *omnes* vires, quas a natura habent, exercere et colere possint. At enim vero non parum solatii id habet, quod quo minus vires insitae excoluntur, tamen aliqui ex parte sibi respondere possunt. Quare eos, qui inferioris sunt conditionis, magis tranquillos suaque forte contentos esse deprehendimus. Et, quod est maximum, is, quem educatio aliqua ex parte neglexit, id ab aliis, qui ea abundant, perere potest. Vnde oritur copia et ingens virium multitudine, earumque communis communicatio, in qua quilibet id, quod sibi deest, mutuari; id vero, quod nimis habet, cum eo, quod non haber, commutare potest.

## §. IV.

Maneat igitur, quod supra diximus, nunc in emendandis hominibus in subdidiū vocandam esse vim, quae maxime creuerit, si quid boni habeat; nunc, si in res minus honestas miratur, aut ad honestas dirigendam esse et flectendam, aut penitus extinguentiam aliquamque vim, quae adhuc sopita iaceat, exfusitandam et eliciendam; Arque cum curfus certus sit cuiusque aetatis, et sua cuique seruit fit tempestiuſitas data, ut cum Cicerone loquar, vt puerorum hilaritas et alacritas, iuuenum ferocitas, grauitas constans aetatis, senectus denique seueritas et maturitas naturale quoddam haberent, id suum tempore non negligendum esse videtur. Ac infantum quidem vis est, vt, cum illa foramina, quae ad animum a corpore patent, sing-molliora, facile externi motus ad animum propagentur. Ex quo conſequitur, vt nulla aetas iam optet, tam desideret et concepificat. Nam ob id ipsum, quod mollia et tenera habent instrumenta ſenſuum, quamuis facile percipiant, non diu reinent ſenſuum opus ad animum traductas imagines. Quare bene ARISTOTELIS: o) η μεν γα, inquit, επιτις του μελέντος ἐστι, & δε μηδὲ τε παροχόμενος. Inde quoque illud faciliter intelligitur, cur infantum appetitus animique commotiones mox euaneſcant. Hace igitur vis appetendi et desiderandi inprimis ad res viiles et honestas est reuocanda et transferenda. Iuuenum vero cum sint maiores vires, maior quoque adesse solet animi fiducia, p). Hi enim quorun vires vix efforcerunt, iis facile confidunt, omnibusque rebus peragendis fe idoneos putant. Nec mirum, Non dum aliorum vires experti sunt, suasque ipforum cum reliquo viribus comparare didicereunt. Nulla adhuc obiecta iis sunt virium

o) Rhetor. II, 12.

p) Οὐ μεν τοι ταῦθι εἰσιν ἐπιθυμίαι, καὶ διὸ πεντε. ἀν αὐτοῖς οὐ πειθαρεῖσιν - τύπτασθαι δε καὶ αὐτοκρεπτος ταῦθι ματεριάδεσσι μεταβολαις, ταχὺ δε πανεργαταὶ ὅπου γαρ βολεῖν καὶ εμπραχτεῖν (t. e. non diu durant. Sic occurrit lib. 3. c. 10.) αντεπει των καμπυλών διφτυχεῖν πεντε. Arist. I. c.

impedimenta, quibus adducti iudicio temperarent. q) Hac igitur virium alacritate et fervore, hac animi praelenia, non male agunt, qui vii iubent ad virtutis sensum animo informandum. Arque id co facilium fiet, cum ea potissimum actus *anata reliquiae pernae sit*, telle Horatio, et animo proclivis ad res nouas magnasque. Et in primis, qui potissimum inhaerent et in quod omne studium conferant, ponderandum est. Id enim tantam habet vim, ut inde totius relatae vitae sit immutato. Postquam vero maior rationis vltus et exercitatio accessit, tantum abest, ut acquiescant homines et rerum externarum splendore se totum capi patiantur; ut viile iucundo antiponendum censemant. Vident enim quam impedita voluptas consilium, quam inimica sit rationi, ac mentis praefringat oculos, nullumque via cum virtute habere commercium intelligunt. Arque hoc proprium est virorum. r) Cum enim delectacionum genera fere degulstauerint, nouitatis gratiam amittunt. Et quemadmodum antea dederunt aliquid voluptatibus, sic nunc id potissimum agunt, ut salutis suae prospiciant, tamque augent et amplificent. Quoniam igitur magis cogitando, deliberando et iudicando sunt affecti, ita eis subveniendum est, ut haec ipsa vis magis acuat et intendant. Tum vero senes vbi intellexerunt, quam celeriter vites consumantur et attenuentur, parce iis vii didicerunt, ne detrimenti quid capiant. t) Quantum vero hoc ipsum ad honestatem valcat, quamque praefidum

virtutem.

q) Δια γαρ Φιλοπαιαν δε ανεργοτητας ελημονευειν, οδοντησαντειν, οδοντων αδεκνεισαι - τοις δε νεοις τοι μεταξοι, πολυ το δε παρεπηλοθει, βέσσαροι. Conferatur quoque HARCLAI iconum, c. I. §. 44. Autem autem, inquit, in hoc octavis flore prima cupidite laudis ardet, impatiens consumularum, non dicit eadem consilia probare aut exequi facili, etiam plurimum fibi placet. Quicquid autem subito mentis accunni innervi aut perfici posset, non aptiores in mortalibus habet, quam tu ille flexu, amio.

r) Ανδεσιτησοι δι - υπο την νοητην πεπαιδευται και μεγαλεψυχοι Ε. c.  
t) Οι δε περιβυτεις και προκυπακοτει - δια το πολλα την βιβλιοτηταν και πληρη μελετηταν - μεγεψυχοι και διδοι και παρτα περιφυσταις και κατεψυχεισι, cap. 13.

*virtutis efficacissimum* habeat, is, cui de natura virtutis constabit, facile intelliger. Ac alterius quidem sexus, nemo dubitabit, quin habenda sit ratio. Quod vero inter virumque sexum intercedit dis-  
criminis, eius causa non tam ab interna quadam animorum varietate,  
quam ex rebus externis et in primis corpore repetenda videatur. Argue  
cas quidem causae latissime patet. Neque enim natura solum semi-  
nis hoc dedit, ut multis variisque malis et molestiis essent obnoxiae,  
sed eas quoque teneriori et molliori corporis structura esse voluit.  
Vnde vero sit, ut ab omnibus iis laboribus, quibus sustinendis ro-  
busto corpore valerudineque est opus, remouantur et arcantur,  
obstanturque vero ab iis domesticis et priuatis negotiis. Cum vero vires  
exercitatione et contentione magis firmentur roborisque mulum  
accipiant, quiete contra et orio languent, facile apparer, naturam  
earum aliam quandam formam induere. Dum enim orio abundant,  
vacueque sunt a laboribus, le ipsas cogitatione complectuntur. Inde-  
efficiuntur, ut partim aliorum mores magis explorare possint, partim  
vero timido et perterriti sint animo. Fuisse quidem accepimus, quae  
temere se periculis obicerent. Sed haud scio, utrum hoc virium  
fiduciae acphantisae ferociae viisi sit tribuendum. r) Huc acci-  
dit, quod in toto rerum creaturarum genere, si a paucis discilleris,  
alteri sexui minus inesse virium deprehendimus. Quare cum  
viri viribus suis freti postulant, feminas verborum lechocinis  
vituntur. Neque enim satis placet sententia PORCI CATONIS,  
qui auctor erat, ne lex Oppia aboleretur, u) quique feminas indi-  
mitum animal appellat, frenosque dandos esse existimat earum natu-  
rae, quippe que omnia iura defrauat ac demolitatur. Nam cum  
plerumque omnia circumspicient, et quicquid increpat, telle Cicerone,  
pertimescant, non longe a vero absimus, si eas fete contracto  
animo ac perterriti esse putemus. Id vero ipsum, quod molliores  
fons habent, in causa est, cui facultas tanguntur, pronaque sint in  
eum natursum velut concenitum, quem Greeci *εγγυαλεαν*. Cicero  
natura contagionem vocat. Haec igitur vis, quae feminis inest,

r) Conf. F E D E R über den menschl. Willen, Tb. 2. p. 189. n. j. Liv. 34. 2.

tantum abest, ut coereatur: ut stabilitur ac firmetur. Optime enim PLATONIS est (sc. σωτηρία) inquit, μετέχετε της Φύγοντος οὐκέτης. Eae vero quoniam ob timiditatem quandam animi in primis studio placendi ducuntur, maximeque, quid deceat quidque offendat, curant, id quoque non prastermitendum est. Cum enim verantur, ne iniurundae videantur, cupiditates celant, subtrahuntque aliorum oculis. Unde quoque illud intelligitur, cur saepissime mentianur pudiciriam, scilicet amque censeant pietatem ac religionem. Quia nam enim non is sum, qui eorum sententiae, quae omnem religiosum cultum a timoris fone reperit, patrocinari velim; id enim, licet quibusdam sic visum fuerit, esset temerarium: tamen, qui nimis confidenter de se sentiat viribusque suis innitatur, non dubito, quin eum faciliter Dei eiusque officiorum capiat obliuio. Feminis autem, cum praecepsae aliorum ope indigant, facileque de statu suo deici possint, sensim eo deduci possunt, ut amplectantur aliquid, quod sibi sit perfugio h. e. Deum colant. Quid si igitur nihil est tam contra earum naturam, quam Dei contentus, hoc ipsum, qui earum curam gerunt, videant necesse est.

## §. X.

Atque ut diversae aetatis et sexus diversa sunt praesidia virtutis, sic quoque sua cuiusque hominis sunt. Cum vero aut rationibus, (Grundsatze) aut exercitatione hominis animus flexi posset, ea quoque tenenda est ratio. Nunc igitur ex rationibus petenda sunt praesidia virtutis. Est enim quarundam rationum notio nunquaque de iis rebus, quae ad hominis felicitatem pertinent, ei indoles ac natura, ut hominis animum possit regere ac moderari. Nunc vero exercitatione opus est, quae saepissime versatur in eo genere, ad quod adhibendum est imitationis studium. Sed in quibus hominibus sit rationibus videntur, in quibus vero exercitatione potius, age accuratius videamus.

Atque rationes quidem adhibendae sunt in iis hominibus, quorum vires nondum ita sunt depravatae, ut aduersus factus sit animi commotio;

*ubus; in iis vero exercitatio, qui iis sunt obnoxii.* Hac enim non argumentis proferendis infirmari et debellari, nequaquam depelli ac penitus extingui possunt. Argumentis quidem tum aliquid efficiuntur, cum propensiones hominis non eam habent vim, ut semper animum concident. Eae vero regi possunt et supremi rationibus, non autem perturbations animi. Nemo enim non intelligit, eas non expirare solere, quamvis opiniones de bono et malo sufficiapie mutentur. Neque, si quis vehementi timore exanimatus fuerit, aegritudo evanescet, etiamque quantum hoc corpori noceat, intelligat. Quo sit, ut rationes ab iniustitia, patrum studio et ceteris; exercitatio vero ab ira, amore illicito, ebrietate animum reuocare possint. Cum illis est disputandum oratione; cum his confitendum labore. Est enim in motibus animi vehementioribus consuetudo defugienda, pericula declinanda, occasio vitanda. Atque animi virtutum agitatio debet semper coniuncta esse cum corporis exercitatione. Si quia enim patientiae studet, corpus quoque doloribus laboribusque perferendis assuefaciat necesse est.

Deinde vero ii rationibus, quibus aliquid omittendum est; ii vero, quibus est agenda, exercitatio flectendi sunt ac regendi. Ad illud enim nihil requiritur, quam ut impediatur, quo minus vis agat. Id vero proposita ac consilia efficient, que voluntatem mouent. Ad hoc vero ipsa vis requiritur, quae nondum tanta est, quanta esse debet. Ea igitur tractatione est roboranda et fouenda. Ut igitur aliquem ab iniustitia reuoces, efficientur est argumentis, quae rei atrocitatet et indignitatem ostendunt; ut vero alicui sensum misericordiae imprimas, agitatione mentis opus est. Is enim misericors erit, qui ipse non mali ignarus alii succurrere dicit. Ut alterum non odio persequaris, rationes; ut alterum ames, vius et consuetudo efficient. Id vero in promtu est, argumenta non memoria tenenda esse, sed ab animo velut haurienda et imbibenda, annexendaque esse reliquis hominum notionibus.

Et cum duabus potissimum modis peccetur, aut cum bonum honestumque auersamur, aut cum, licet non contemnamus, tamen ab eo discedimus; illud viritur ex errore, quem rationes extinximus; hoc ex voluptate.

voluptatum tyramide, quam exercere debet studium et exercitatio. Illic vires agere possunt, sed nolunt; hic volunt, sed non possunt. Quidam enim voluptatibus emancipari sumus, animus torus rebus exteris agitur. Ipsa non cogint, non semin, non agint. Haec quidem insatiate illas, quae impedimenta a sensibus aliisque rebus obiecta non amoliri potest, ut communis est, sic paucissima eius sunt remedias. Quemadmodum enim corporis vulnera facile sanari possunt, sic difficiliter infirmitas totius corporis tolluntur. Cui enim nulla virtus est cognitionis, ita, ut ignorans animi moribus abripiatur, si infiltratio ad eam duci posset. Qui vero nouit, amat, desiderat, quo deum modo ei succurendum erit? Hoe unum restat, ut onus, cui mouendo et sustinendo non pares sunt vires, immouatur et leueretur. Atque cum duplex sit genus impedimentorum; alterum corum, quae non remoueri sed virari possunt; alterum quae penitus remoueri et tolli possunt: quantopere caudendum sit morum praecipiore, ne impedimenta ea, quae tantum effugi possunt, penitus tollende suadeat, facile quisque intelligit. Eorum v. c. qui non commode saltant, alii quidem regulas planis nesciunt; alii vero sciunt nec tamen possunt. Cum corpore incepto ac inuitu viuantur, suis ipsis oculis non satisficiant. Illi, postquam disciplina accessit, apte compositique saltant. Hi, cum regulis nil proficiantur, corpus agitare et exercere debent. Est enim haec homini ad virtutem infiltratio, ut velut alterius oculi sit, videre, quomodo agendum sit; alterius, quomodo ipsa agatur.

## §. XI.

Atque ab his quidem hominum viribus, quae maxime discrepare solent, quemadmodum ducenta sint diuersa præficia virtutis, fatis fere diximus. Sed huius naturarum dissimilitudinis via quoque ranta est, ut etiam modum virtutis innuet. De hoc igitur nunc dicatur. Est enim exercitatio capienda, ut, quomadmodum apud Ciceronem est, boni ratiocinatores officiorum esse possimus et addendo-deducendoque videre, quomodo cuique virtus sit peragenda. Supra igitur vidi-

videntis, nihil deprehendi inter homines dissimilitudinis, cum communem eorum modum cogitandi, iudicandi, ratiocinandi contemplamur. Hinc efficitur, ut, quae praecepta ab his rationibus ducuntur sicut ex eo genere, ut cuiuslibet naturae conueniant, ab omnibus eodem modo seruanda sint. Etenim, cui illa communis agendi ratio deest, is nihil amplius habet humanae.<sup>xv</sup> Si qui igitur fint, quibus furari fas esse videatur, quibusque non de futili atrocitate et turpitudine persuaderi posse, it non culpa eximendi esset, iudicique inopinat nihil haberet excusationis. Ab iis vero officiis nonnquam discedere licet, quibus seruandis certa quadam intelligentia, certa animi affectio opus est. Quod enim non habent, quae ad officia quaedam tuenda pertinent, id quanquam non omnem culpam ab iis dimouere, aliqua tamen ex parte excusare videatur. Quanquam enim opera est danda, ut, quibus ad omnem virtutem opus est, habeamus; at tamen nullus dubito, quin, quicunque virtutis magister id semel fieri iussit, ea postuler, quae fieri nequeunt. Quare eius quoque rei habenda est ratio. Ac dissimilitudo quidem virtutum immutat modum virtutis ratione celeritatis; confidantiae et securitatis; prudentiae; fortitudinis denique. Sed lubet singula persequi.

Incipiemus a celeritate. Nonnullis igitur nihil prospere succedit, quod non acri et incitato animo gesserint, et in quod non impetu veluti ruant. Aliis vero tardius et lenius agendum est, si res procedere debat, cum quelibet contentio coram obtundat vires. Illis igitur licet paulo commotius et vehementius progrebi, his mora est interponenda. Sic enim cum virisque praeclarate agitur, quamquam virisque virtio laborent, sed eiusmodi, quod proper naturam non facile potest deici. Ac profecto in temere et inconsulto ageret, qui illorum imperium cohiberet, horum vero nervos nimis concitare et intendere vellat. Is enim vim iis inferret atque a virtute absterreter. Namque nihil decet iniulta Minerua, ut est apud Ciceronem,<sup>xvi</sup>

id

<sup>xv</sup> Conf. GARVE libro laudato, p. 197.

<sup>xvi</sup> De Officiis I, 31. Multa praeclarata de hac re habet GARVIUS in commentatore über das Angelobrue und Freywillige in den Handlungen.

id est, aduersante et repugnante natura. Admodum autem tenenda sunt sua cuique, non vitiola (ea quidem penitus abicienda sunt, nam tollunt virtutem) sed tamen propria, quo faciliter virtutem, quam quaerimus, conlequamur. Et omnia studia nostrae naturae regula sunt metienda. Sin aliquando necessitas nos ad ea detruserit, quae nostri ingenii non sunt, omnis adhibenda erit cura et meditatio, ut ea, si non decore, at quam minimum, ut apud eundem est, indecora facere possimus. Expenderemus enim oportet, quid quisque habeat sibi, eaque moderari, suumque noscere ingenium et acrem vitorum se praebere iudicem. Nec prius entendum est, ut bona sequamur, quam ut fugiamus vitia.

Alterum, cui eam vim inesse putamus, ut mutet paululum modum viriis, est constantia et severitas. Est enim ea hominum natura, ut alii sint duro letero que animo, nulliusque precibus, sed argumentis iustisque causis moueantur; alii vero sint molli teneroque sensu rebusque levissimis tangantur. Vtrisque est confundendum. Atque hi quidem, qui sunt animo molli, placido et ad misericordiam propenso, magis officiis liberalitatis et beneficentiae adstringendi sunt: quippe quorum virtus non ex area velut de promarum, sed ex intimis animi sensibus proficitur; illi vero, qui asperi et duri sunt, quantum probi et honesti viri, iis potissimum officiis devinciantur, quas spectant non tam salutem singulorum, quam publicam. Hi enim in nullius partes se trahi patiuntur, nihilque ad suae casae commodum torquent, nec facile tangantur querelis importunorum hominum, et, cum non sint amici singulorum, sunt amicissimi omnium. Quae tamen non eo valent, tanquam a reliquis officiis discedere licet. Id enim nefas esset. Sed in qua natura sunt propensiones, ab his incipere debet emendatio. Illi vero, cum facile cauuslibet, precibus adducantur, ut eius vulneribus medeantur, eos quoque ducit et rapit natura ad ea officia, quae alii subuenire, eosque molestia eximere homines iubent. Huic igitur naturarum discrimini succurrendum est. Alioquin enim est periculum, ne homo ad pristina virtus deplabatur. Quod enim sibi proprium habent homines, id sibi cipi aegre ferunt, arbori curvae paululumque reportae similes, quam si alio stetolas nimis.

nimisque torqueas, ipsa rumpitur ac discinditur. Est quidem interdum vis inferendi naturae. Non enim, ut eodem exemplo viamur, ramos arboris putridos reserabas ita, ut ne fibras quidem quasdam laedas.

Sequitur *prudentia*. Cuius vero quasdam partes fibi naturam vindicare satis constat. Pendet enim tota a vi iudicandi, ratiocinandi, notiones representandi reuocandi. Hae vero vires cum maximam partem debeantur naturae, cogiuntur, eam quoque ex parte eius posse haberi munus. Prudentia enim nihil aliud est, quam homines in suas partes trahende eosque ita flexendi facultas, ut illis non noceramus, nobis vero profimus. Ad hanc vero requiritur ingenui acumen rerumque humanarum cognitionis. Illud est naturae; hoc exercitationis. Quanquam et hoc interdum intelligentiae sit tribendum. Quid si igitur quis actionem ad prudentias regulas exigere voluerit, exquirendum erit, virtutem vires eare prudenterque agendi a natura datae et excultae fuerint et excoli poterint, an animi perturbationibus hoc fuerit datum, ut animum a cogitando deliberandoque abstraherent. Qui enim vires ad prudenter agendum exercuit, in eum nulla culpa recidet, isque tam prudenter ager, quam postulari potest. Quanquam non semper eum se geret, cui prudentiae laudem iure tribuere possimus. Neque vero est, quod quis dicat, prudentiam nullam esse virtutem. Quis enim neciat, quam saepissime de ei virtute praecepsit religio Christiana. As profecto, plusne detrimenti temeritate, an animi malitia ceperit genus humanum, ambigitur.

Diferentia denique naturarum eam habet vim, ut virtutis modum ratione fortitudinis quoque immuter. Cum enim alios acri ac praefeni animo, alios vero frasto, timido angustoque esse videamus, id quoque ad virtutem valer. Quemadmodum enim is, qui pedum celeritate, manum robore vitetur, qui credere se aquae fluminaque tranare potest, magis quoque subuenire potest egentibus; sic ad res magnas maximeque utiles gerendas accedere in primis teneatur, qui animi amplitudine ac magnitudine excellit. Habet enim hoc a natura, ut faciliter possit labores exhaustire, molestias devorare, dolores abstergere, pericula propulsare. Quae quidem officia iis eo minus sunt subterfugienda, quo maiores eos natura esse voluit.

Quibus

Quibus vero is deest animus, iis fortasse hoc dandum est, ut, nisi necessitas exigerit, a rebus periculis abstineant, appellanteque mentem imprimis ad priuata et domestica virtutis genera. Iis vero quoque entenduntur est, ut illam magnitudinem animi, quod fieri possit, attingant. Omnis eorum opinio in spem traducenda est, ut, sibi quoque ad pericula adeunda laboresque perferendos non plane vires esse defuturas, intelligent. Ea enim animi elatio quam sit et ad virilitatem hominum fructuosa, et ad amplitudinem splendorumque virtutis accommodata, extra omnem est dubitationem. Quanquam, si iustitia vacat pugnare non pro saluti communi, sed pro suis commodis, in virtut est. Non enim modo id virtutis non est, sed potius immanitatis omnem humanitatem repellentis. Sed viri fortes et magnanimi, quos eosdem bonos et simplices esse volumus, res magnas quidem gerunt et arduas, sed easque maxime vires. Neque vero etiam dubitari potest, multum, quod ad fortitudinem animique magnitudinem pertinet, tribuendum esse rebus exteris. Hae enim sunt eiusmodi, ut animum alterius ad exercendas vires prouocent, cum alterius vires, quibus occasio deest, sopitae iaceant. Saepissime enim, cum caelum tonitru contremiscit, nubes sulphurei generis particulis implentes per multas regiones ita feruntur, ut nulla fulmina mittant nullumque corpus terrestre tangant; cum vero alias, quibus non minus sulphuris admixtum est, ingentes fragores edere, omniaque absursum et frangere video. Nihil enim erat, quod illarum ignes in se vereretur, aut quod inaudienti fulminis motui resistere. Hae vero per eas regiones descenderant, quarum cacumina impetu in se suscipiebant.

Pon 2f 106 7

2v

f

ULB Halle  
004 178 165

3



IA-702

an 2 u. an 3 noch nicht aufgenommen



976

DE  
DISSIMILITVDINE VIRIVM MEN-  
TIS HVMANAЕ MODVM EMENDANDI  
HOMINES IMMVTANTE

*DISSEРTATIО*

QVA

VIRO MAGNIFICO

SVMME VENERABILI, EXCELLENTISSIMO  
AMPLISSIMO, DOCTISSIMO

**D. CAROLO CHRISTIANO  
TITTMANNO**

NOVUM MVNVS

IN SVPREMO, QVOD SACRORVM CVRAM GERIT, COL-  
LEGIO ASSESSORIIS ET SVPERINTENDENTIS DIOE-  
CESEOS DRESDENSIS ET CET.

CAPFESSENTI GRATVLANTVR

MEMBRA SOCIETATIS ORDINARIA

QVAE

SVB EIVS AVSPICIBVS SERMONIBVS PRO CONCIONE  
HABENDIS AD AEDEM B. M. DIE QVOQVE SEXTO  
HEBDOMADIS OPERAM DABAT

INTERPRETE

M. IO. FRIDERICO GUILIELMO TISCHER  
DAVTSCHENSI

VITEBERGAE,  
Typis Io. Tzschiedrichii.

6.

